









12015.

1750, 21.

LECTORI BENEVOLO  
S. P. D.  
D. IOHANNES FLORENS  
RIVINVS  
C O D. P. P.

*L. J. Grotth*





LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. JOHANNES FLORENS

RIVINVS

COD. P. P.







salutare remedium iuris est litis denunciatio, quae vulgo describitur quod fit: actus iudicialis, quo is, cui euietio imminet, auctori suo proximo, a quo immediate causam habet, periculum euietionis indicat, vt sibi in iudicio conuento assistat et euietionem impediatur, aut si non faciat, euietione subsecuta indemnitate praestet. Ea vero neglecta, regressus victo denegatur *L. 8. C. de euiet.* Vno vero propemodum ore Doctores talia negotia onerosa praesupponunt, in quibus rei iurisue ita fit acquisitio, vt eo nomine vicissim quid praestetur, vt in emptione venditione, datione in solutum, permutatione; *MENCK. Tract. Synopt. Proc. Comm. Diss. VIII. §. 2.* Inprimis etiam vt res euieta sit ex causa quae antecessit possessionem eius a quo res euieta est *L. 1. C. de peric. et comm. rei vend.* *MARTINI ad O. P. S. T. XIV.* in quo sedes litis denunciationis in Saxonia *§. 1. n. 36.* *CABALLIN. de Euiet. §. 3. 4.* Inde *IOH. PAUL. KRESSIVS in Specim. Iurpr. Ciu. L. V. T. XVI. de lit. den. §. 6.* euietionem solum litis denunciationis criterium esse asserit ita, vt vbi haec non praestanda, ibi nec litis denunciatio, licet quis regressum habeat; nam ab hoc ad litis denunciationem nullam plane consequentiam valere au-



## IV

tumat *VMMIVS Proc. Tit. de lit. den. num. 22.* quare quando manifestum est ad euictionem praestandam non teneri litis denunciatum, statim repellunt litis denunciante, qualem sententiam *ICt. Witembergensium* exhibet de *WERNHER. Sel. Obs. Part. IIX. obs. 376.* Pariter *Facultas Iurid. Lips. Mense Nou. 1738. ad Concil. Acad. Lips. in causa S. contra R.* locum litis denunciationi relinquere nolebat verb. und hat die gebrauchte litis denunciatio nicht statt. addita hac vnica ratione: **Dieweil derjenige der causam von einem andern hat, nur in casu euictionis seinem autori litem zu denunci- ren befugt;** et licet reus remedio deuolutiuo interposito medelam quaerebat, tamen non obtinebat reformatoriam sed saltem solatii loco declaratoriam: **Es bleibet aber appel- lanten Mitappellatens principal, (cui lis denunciata fuerat) daferne er selbigen Anspruchs zu erlassen nicht gemeynet, absonderlich zu belangen unbenommen, eodem modo Ea- dem Facultas ad Sen. Sangerh. Mens. Apr. 1741. in causa S. c. K. respondit daß Kl. Suchen wieder den zum K. cre- ditwesen verordneten curat. litis nicht statt hat. Es bleibt aber selbigen wenn er an bemeldeter concurs masse der ge- klagten Foderung halber einigen Anspruch zu haben ver- meynet solchen wieder die K. Gläubiger ordentlich auszu- führen unbenommen;** et saepius ita iudicatum fuisse recor- dor. Eundem pronuntiandi modum tenet *Scabinatus Li- psiensis.* Cum enim coram Acad. Lips. E. contra R. ex causa mutui quod defuncta ipsius vxor susceperat, ageret, reus vero H, principali debitori qui nummos acceperat, litem denun- ciaret, sequentem ferebat sententiam mense Nou. 1744. **Und hat in dieser Sache, wo kein casus euictionis mit einschlägt, die angemasse litis denunciation nicht statt, es ist auch litis**  
denun-



denunciant die hierdurch verursachte Unkosten, nach vorgehender deren liquidation und richterl. Ermäßigung litis denunciatioren zu erstatten verbunden. At enim vero, re accuratius perpenſa, et miſſo autoritatis praeiudicio, ſuffragante aequitate, ius noſtrum in melius produci poteſt, ſi litis denunciatiorem non tantum in euiſionibus ſeu ubi ius reale tranſlatum, ſed indiſtinſte in omni iudicio aduerſus eum admittamus et prorogemus, contra quem alteruter litigantium ſi ſuccumbat, reſreſſum habet. Agnouit illud iam ſuo tempore ZANGERVVS de *Except. P. II. Cap. II. num. 9.* litis denunciatiorem in omnibus cauſis in quibus reſreſſum quis contra tertium habet, locum relinquens, ſuamque ſententiam exemplis confirmans, qualia exempla etiam Ill. DE LEYSER profert de tertio, qui emtori dubitanti falſo aſſeruerat rem venditoris eſſe, quem quidem a praefatione euiſionis ſed non a dolo immunem, adeoque litis denunciatiorem aduerſus ipſum fundatam eſſe iudicat, aliudque exemplum iungit, ubi quis ſuſceperat negotium alienum atque hoc iterum tertio commiſerat, tertius hic ſua culpa damnum intulerat, itaque dominus negotii eius reſtitutionem ab illo cum quo contraxerat, petierat, hic vero litem ei quem ſibi ſubſtituerat, denunciauerat, quod recte factum *ICTi Helmſtadienſes* deſuper rogati adfirmarunt quod praeiudicium exhibet *Med. ad. Pand. Spec. CCXLI. Med. 1.* in qua ſimul MARTINVM vt parum accuratum reprehendit. Nec deſtituitur haec ſententia autoritate et aſſiſtentia iuris. Etenim in *L. 10. §. 12. ff. Mand.* fideiuſſori a creditore conuento permittitur litem denunciare debitori, cum quo tamen ei nihil interceſſit quod ad iuris realis tranſlationem referri poſſet, vt ipſe ſuſcipiat potius iudicium vel ſuo vel procuratorio nomine.



## VI

mine. Finis litis denunciacionis in eo consistit, vt alter, aduersus quem regressus patet nobis assistat, et media defensionis et exceptiones suppeditet ad repellenda tela aduersarii. Idem intendit reus in ius vocatus, quoties tertium ad indemnitate[m] consequendam conuenire potest, licet casus euictionis proprie et in specie talis non appareat. Finge enim contra fideiussorem, qui beneficio excussionis nominatim renunciauit, aut contra intermediam personam quae nummos pro alio mutuo accepit, personalem actionem in iudicium esse deductam, his condemnatis et praestita solutione procul dubio regressus datur aduersus principales debitores. An non aequum iustumque videbitur statim his litis denunciacione succurrere et hos ad assistendum prouocare qui fortassis contra creditorem exceptionem solutionis per quietantiam, compensationis, pacti de non petendo aliasue peremptorias suppeditare possent? An non ergo expedit, imo e re eius, qui ad indemnitate[m] obligatus, esse potest, si lis mota mediante litis denunciacione tempestiue ad eius notitiam deferatur, ne reus ignorans illas exceptiones quas diuinare non potest, easdem peremptorie litis contestationi non adiiciens, easdem perdat, causa cadat, et vti eleganter *VLPIANVS* eloquitur in *L. 29. pr. ff. Mand.* ne forte ignorans soluat indebitum? Potuit enim atque debuit alterum certiorare, vti in *§. 2. d. l.* pergit *Vlp.* ne forte creditor obrepat, ignorantiam eius circumueniat et excutiat ei summam a cuius solutione vel in totum vel pro parte ope alterius se liberare potuisset. Sane ad indemnitate[m] obligatus conquerendi et excipiendi aut saltem litem protrahendi occasione arripere poterit, si vt indemnem feruet reum ab eo dein conueniatur ex causa cuius notitia antea nulla ad eum peruenit, et in qua  
reus



reus sine eius interuentu tractando eandem succubuit. Vnum profecto idemque censendum et iustus saltem verborum subesse videtur, an quis euictionem an indemnitate[m] praestare teneatur; et quid opus per ambages et circuitus ad metam transire vbi directa et faciliore via eam attingere queamus; et cum prouisi facilesque esse soleamus in monstranda via ad iustitiam proxima et ad lites abbreviandas, cur denegamus simultaneum processum et dubitamus forum fundare in vniuersum in causa indemnitate[m] aeque ac in causa euictionis praestandae, cum connexitas causae eademque ratio, quod denunciatus semper forum denunciantis sequatur *L. 49. pr. ff. de iudic.* vt et hic in rei foro litiget non tam suadere quam prorsus exigere videatur. Iudex semel in causa principali plene instruitur et certioratus felici successu etiam in accessoria parte cognoscere et exactis et probatis litem dirimere poterit. Per litem denunciationem, neque eius cum quo principaliter litigatur, neque tertii cui denunciatio facienda conditio durior redditur: non prioris, quia ipsi alius reus non obtruditur, sed litem coeptam reus continuare tenetur; non posterioris, quia saltem ad assistendum et instruendam causam prouocatur *L. 21. C. de euict.* ad quod ipsum alias leges gratitudinis inuitabant, vt nempe spontanea interuentione reum, cui se deuinctum esse sciebat, quocumque modo liberaret. Litem denunciatio non pertinet ad ius aliquod acquirendum sed ad iuris defensionem, igitur, si tertius ad indemnitate[m] praestandam obstructus, media defensionis subministrare valet, cur non eundem tempestiue et simultaneo processu interpellare licebit, et cur demum post vulneratam causam remedium separata actione quaeri debet, cum admissa litem denunciatio vtrique prodesse et prospicere queamus. Si igitur permittamus



## VIII

mus in omni lite denunciato arma suppeditare, gratum hac ratione et vtile ipsi stabilimus beneficium, cui copiam facimus simultaneo processu nouam litem, a reo victo imminentem, auertendi. De caetero, cogi non poterit vt liti principali se misceat litis denunciatus, sed si auxilio esse ei nequeat, integrum ei est emanere in termino, siquidem non aliud metuendum habet litis denunciatus praeiudicium quam quod per sententiam decernatur: *diueitl Bchl. N.* litem denunciaret *so hat es dabey sein Bewenden* et euentualiter regressus reo pateat aduersus eum, qui etiam denegata litis denunciatione, nihilominus separata actione reo saluus foret, hoc solo discrimine admissio, quod reus tardius nouoque processu demum eo pertingat, e contra vero saepius etiam exceptione litis contestationi subiungenda, quam litis denunciatus subministrare potuisset, priuetur, quo ipso plus perdit quam lucratur is qui ad indemnitate obstrictus. Quod *L. 53. §. 1. ff. de Euiet.* PAVLVS ait: Si cum possit actor emtori denunciare non denunciasset, idemque victus fuisset, quoniam parum instructus esset, hoc ipso videtur dolo fecisse, et ex stipulatu agere non potest, commode applicari huc poterit, vt nempe ille qui reo ad indemnitate praestandam se obligatum sentit, si recuset assistentiam et litis denunciationem forumque declinare cupiat, dolo id facere videatur. Minimum iudicium malae causae prodit, praesertim si iurisdictioni eiusdem iudicis quo coram causa ventilatur, et quem actione separata aduersus eum instituta agnoscere tenetur, subsit. Saepius euenire prorsus potest, vt reus litis denunciatione extra casum euietionis denegata, multum discriminis subeat, si nempe is aduersus quem regressus patet non sit soluendo, at exceptionem qua reus liberari posset subministrandam habeat, aut tempore litis denunciationis



tionis adhuc tantum vnde reo subueniri queat in bonis habeat, post interuallum nouae instituendae actionis vero egere incipiat. His motus rationibus reus in casu supra memorato, quo ageretur coram Concilio Academico Lipsiensi, et in quo denegata fuerat litis denunciatio ipsique insuper refugio expensarum, quae in quaestione iuris, eaque disceptata, forte rectius compensandae minimum fuissent, iniuncta, acquiescere volebat, leuerationisque remedio interposito et admissio, atque actis ad *Ictos Vitebergenses* transmissis, plenam obtinebat reformatorem Mens. Sept. MDCCXLV. huius tenoris: Nunnehro aus denen Acten soviel zu befinden daß die angemachte litis denunciation in dieser Sache statt, und weil dieselbe gebührend geschehn, es dabey noch zur Zeit sein Bewenden hat, auch litis denunciant die hierdurch verursachten Unkosten litis denunciaten zu erstatten nicht verbunden. Subiunctis rationibus decidendi: Dieweil die litis denunciatio alhier billig statt findet da Befl. daß seine verstorbne Eheliebste die von ihr verschriebne 200 thlr. zu litis denunciatens behuff auffgenommen mit ziemlicher Wahrscheinlichkeit vorgiebt, folglich litis denunciat wenn er dessen überführt werden sollte Beklagten entweder vertreten, oder da er dieses nicht thut, künfftig schadlos halten und den regress leiden muß, und also die litis denunciatio nothwendig ist, indem sonst litis denunciat dem Beklagten vorwerffen dürfte, er hätte demselben, wenn lis ihm gebührend denunciret worden genugsame exceptiones an Hand geben wollen. Sic variat motus iudicis, et cum saepius pars grauata taedio litis et sumtuum vitandorum gratia iustam causam derelinquat, opiniones contrariae pro veritate habentur, et per traducem ad successores qui sibi persuadent: darüber

\* \*  
\* \*

seynd



seynd wir weg, propagantur. Sed sententia posterior propterea sequenda, quia in *Supremo Appellationum Iudicio Dresdensi*, quod quandoque inferiora Collegia sequi solent, calculum meruit, hoc enim, ad quod in nominata causa litis denunciatus prouocauerat 12 Nou. 1746 pronuntiabat: daß in erster Instanz wohlgesprochen und ſibel appellirt derowegen diese Sache an vorigen Richter billig remittirt wird inmaßen wir sie dahin remittiren und weisen. Nouissimo tempore rigorem pristinum *Ordo noster* dimisit, prouocantemque se nunc exhibet in toleranda litis denunciatione, quotiescunque apparet reo regressum aduersus aliquem competere. Inde cum quaestio oriretur, an praefecto iudicii qui speciali sua commendatione Sempronium ad mutuo dandam Caio pecuniam induxerat et autoritate iudiciali, debitoris Caii, hypothecam in molendinum, cuius dominium per inuestituram iudicalem nunquam obtinuerat, sed quod fundus dotalis fuerat, quem vxor debitoris vindicabat, constituere petentis, annuerat precibus, cum procul dubio ad interesse obstrictus fuerit, lis denunciari possit? I. A. Z. Ordinem nostrum de ea consulenti respondit: Mense Maio MDCCXLIX. locum relinquendum esse litis denunciationi. Rationes quibus haec decisio superstructa, ita erant conceptae: **D. n. w.** Die litis denunciatio daher unzuläßl. scheint weil kein casus imminentis euictionis vorhanden, der Gerichts-Director bey dem zwischen B. und I. getroffenen contractu mutui in proprio nicht concurrirt, mithin als ein tertius zu keiner Gewehrleistung verbunden **D. a. u. d.** die litis denunciatio in omni iudicio von einem jedweden welchem der regress wieder einen tertium nachgelassen unternommen werden mag, damit dieser nicht etwa damit, als sey er im Stande gewesen



gewesen gegründete exceptiones oder media defensionis an Hand zugeben, sich entschuldigen möge, welches in gegenwärtigen Falle um so viel nöthiger, weil der Gerichts-Director seine eigene facta zu vertreten pflichtig. So dürfte B. am sichersten gehn wenn er bey erregten lite von I. dem Gerichts-Directori Sch. sofort litem denuncierte und ihn ad assistendum prouocirte.

Sed denuncianda nunc veniunt nomina eorum qui ad Libros XXVI. Pandectarum et reliquos omnes qui eum excipiunt respondendo et opponendo publice disputarunt, sunt nempe illi:

IOHANNES FRIDERICVS WEHNER,  
MÜHLST. LVS.

CHRISTIANVS GODOFREDVS MVLLER,  
CIZENS.

HENRICVS GOTTFRIED HERMANN,  
NVMBVRG.

ABRAHAMVS BEYERVS, FREIBERG. MISN.

IOHANNES GABRIEL VNGER,  
SCHOENHEYD. MISN.

CHRISTIANVS HENRICVS LANGENBERG,  
CIZENS.

HENRICVS SAMVEL SCHROETER,  
SIEZSCH. MISN.

CHRISTIANVS FRIDERICVS BVCHERVS,  
VITEB. SAXO

IOHANNES ANDREAS HARTMANN,  
MERSEB.



XI

CASPARVS SIEGISMVNDVS SCHMIDIVS,  
MARIAEMONT.

IOHANNES GODOFREDVS KRETZSCHMAR,  
NEVKIRCHA VARISCVS.

SALOMON AVGVSTVS REINHARD,  
WVRC. MISN.

SIEGISMVNDVS IMMANVEL MATHESISVS,  
CLODR. VARISCVS.

GOTTLOB DORL, MARTISBURG.

IOHANN GOTTLIEB GLASER,  
LIPS. MISN.

THEOPHILVS HENRICVS MVLLER,  
BERGA VARISCVS.

CAROLVS FRIDERICVS KAYSLERVS,  
PEGAV - MISN.

IOHANNES FRIDERICVS MATTHAEI,  
SAXO SCHILDAV.

IOHANNES CHRISTIANVS DIEZE,  
COLDIC - MISN.

IOHANNES GEORGIVS KOEHLER,  
ARNSFELD - MISN.

IOHANNES GOTTLIEB PFEIFFERVS,  
GERLACHSH - LVSATVS.

FRIDERICVS THEOPHILVS SCHMIEDERVS,  
ALTENBERG - MISN.

Quorum nomina resque Patronis atque bonae mentis pro-  
 motoribus de meliori commendamus P. P. Lipsiae Domini.  
 Inuocauit A. Ac. C. MDCCCL.





Leipzig, Diss., 750

ULB Halle 3  
007 012 837



TA → OL


~D78











2075.

1750, 21.

LECTORI BENEVOLO  
S. P. D.  
D. IOHANNES FLORENS  
RIVINVS  
C O D. P. P.

*T. J. Grotz*

